1783

DIRECTORIUM DIVINI OFFICII AC MISSARUM

Juxta Rubricas Generales Breviarii & Missalis Romani, necnon Decreta S. R. C.

AD USUM.

ALMÆ ECCL: METROPOLITANÆ

ET

ARCHI-DIÆCESIS GNESNENSIS

ACCOMMODATUM,

PRO ANNO DOMINI M. D. CC. LXXX. III.

Post Bissextillem 3tio. Embolism.

Authoritate, Celsissimi PRINCIPIS CONSCRIPTUM.

Per THOMAM Przedzinski Vice-Decanum Gnesnensem.

L O V I C I I

Typis Suæ Celsitudinis Primatialis, Archi-Episcopi Gnesnensis.

In STEMMA CELSISSIMI PRINCIPIS

A. De: O. Et S. A. L. R. Mq L. Pq; A. Et. E. Alb.



C. O. D. A. G. G. N. P. D. P. P. T. L. A.

Lechus olim Lemisoletanæ ✿ Conditor Urbis
Cum galea gladiumquè Jovis suspendit ad Aram
Monstrabant, & certa dabant præsagia Mystæ,
Libat avita Deo, Temploquè OSTROVICIUS Arma
Jbidem. Ensiger in Porta, Arma Virumquè canendo,
Excidium Fidei, & Patriæ prœnuntiat hosti.

✿ *Nunc Gnesna: Saru: L. 4.*

REVOLUTIONES ANNUÆ

Aureus Numerus. - - -	17.
Cyclus Solaris. - - - -	28.
Epacta - - - -	26.
Jndictio Romana. - -	1.
Litera Dominicalis - -	E.
Litera Martyrologii - -	G.

FESTA MOBILIA.

Domin: Septuag: -	16.	Februr:
Dies. Cinerum: -	5.	Martii.
Paſcha. - - -	20.	Aprilis
Aſcenſio Dni: -	29.	Maji
Pentecoſtes: - -	8.	Junii.
Corpus Xti: - -	19.	Junii.
Domin: poſt Pentecoſt:	24.	
Domin: 1ma Advent:-	30.	Novē:

Bacchanalia hôc Annô, à Novo Anno à 1ma Januarij ad Diem Cinerum excluſivè erunt Hebdomadæ. 9. Nuptiæ hôc Annô celebrabuntur à 7ma Januar: ad Diem 4. Martij, & à Die 28. Aprilis, ad Diem 29. Novembris incluſivè.

Qvatuor Anni Tempora, Lunationes, Feſta Palatii ſuis in Locis videantur.

JANUARIUS *habet Dies* XXXI.

1. Fer. 4. Circumcisio Dni. Dx. 2. clas. *Celebre* C. A. ut in propr: *non fit Com. Octavar.* in Mis. Gl. Cr. Præfat. & Comun: *de Nativi. Dni.* Jn Vesp: com: sequ: *tantum.*

2. Fer. 5. Octava S. Stephani Protho. Mar. Dx. C. R. *ut in festo & propr. loco.* Com. Octavar. Gl. Cr. Præfat. de Nativit: Comm: *Commun:* in Vesp. *Ant. ex Laud.* Psalm. de Dom. *ultim. Psalm.* Credidi. &c. à cap. de seq. com. præc. *ut in 1mis Vesp. Festi.* & Oct. Jnnocent: Mm.

3. Fer: 6. Octava S. Joannis Apost. & Evangel. Dx. C. A. *ut in Festo. & propr.* Com. Oct. Ss. Jnnocent: in L. & M. Gl. Cr. Præf. de Apost: Jn Vesp. Ant. *ex Laud: de Festo.* Psalmi de Apost. *ut in 2di. Vesp.* de Comm: Apostol. Com. Oct. Ss. Jnnocent: Mm. *ut in 1mis Vesp. Festi.*

✿ *Novilunium Febru: hor: 9. m. 8. mane.*

4.

4. Sab. Octava. Ss. Jnnocent: Mm. Dx. C. R. *ut in festo & propr.* dic. Te Deum laudamus &c. *Non dic.* 9. ℟. *in Matut: sed in* 8. ℟. *dic* Gloria Patri &c. in Mis. Gl. sine Cr. Graduale cum Allelua. *Jn Cathedra*, dic. Cr. *ratione Jnsignium Reliquiar:* Præfat. de Nativit: *sine Commun:* in Vesp. Psalm. de Comm: Mm. *ut in 2dis Vesp.* Ant. *ex Laud.* Com. Vigil. & S. Thelesphori Pp. M.

5. Dom. Vacat *Vigilia Epiph: sinè Jejunio.* De Ea. Semid: C. A. Offm: *ut in* Circumcisione Dni. & in propr. Com. S. Thelesphori Pp. M. in L. & Mis. propr: Gl. 3. Or. de Beata *Deus qui salutis &c.* Cr. Præfat: de Nativit. *sine Commun:* Vesp. de sequ. Epiph: *Hym' Completor. & alii eiusdem Metri* per tot. Oct. *terminant.* Jesu tibi &c. Qui apparuisti Gentibus &c.

Hodie & per Oct: Missæ privat: Votiv: & de Requiem probibentur, exceptâ unâ solemni præsente Cadavere infrà Octavam.

6. Fer. 2. Epiphania Dni Dx. 1. Clas: cum Oct: *Celebre* C. A. NB. Hodiè

ad

ad Matut: *dictò.* Pater &c. Ave &c. & Credo &c. *Jncipit absolutè ab* Ant. Afferte Domino. &c. Ad 1mam *in* ℞. *brevi* ℣. Qui apparuisti hodiè &c. Jn Mis. Gl: Cr: Præfat: & Commun: propr. per tot: Oct: *Post Mis. Solemnem Benedict:* Auri. Thuris, & Myrrhæ. *ut in Agenda Eccles:* Vesp: festi. *ut in Dom: cum Psalmo.* Jn Exitu &c. Ant: *ut in Laud.*

7. Fer. 3. De Oct: semid: C. A. *Deinceps. ad Matut: dic* Jnvitator: & Hymn. *ut in 2da. Die infrà Oct:* & ut in festo, in 3tio Noct: Ant. Homo &c. *& Psalm.* Fundamenta &c. *& sic per tot. Oct:* lect. 1mi & 2di Noct: similiter & 3tii. *ut in 2da Die infrà Oct.* ℞. 1mum. Tria sunt Munera &c. Ant. *ad Benedictus & Magnificat.* per tot: Oct. *Sumuntr: per Ordinem. quotidie.* per. Oct. Jn Mis. Gl. 2, Or. de Beata. *Deus qui salutis &c.* 3. Ecclesiæ vel pro. Pp, Cr. Præfat: &c. *ut in in festo.* vesp. de Oct. *ut in festo.*

8. Fer. 4. De tertia Die infrà Oct: semid: C. A. *Offm: ut heri* lect. 1. Noct: de Epist. ad Romanos &c. reliq: *ut*

in

in ipsa 3tia die. in Mis: *ut heri.* Vesp. de Oct.

9. Fer. 5. de Oct. semid: C. A. *ut 4ta Die.* & in Missa *ut heri.* Vesp: de Oct.

10. Fer: 6: de Oct. semid: C. A. *ut in 5ta die.* Vesp: de Oct, Com: S: Hygini Pp. M.

☼ *Crescens Febru: h.* 11. *m.* 12. *Ante merid:*

11. Sab: de Oct. semid. C. A. *ut 6ta Die & in propr: loco.* Com. S. Hygini Pp. M. in L, & Mis: 3. Or. de Beata &c. reliq: ut in festo. Vesp: à Cap: de Dom. Com. Oct. Ant. *Admoniti Magi &c.* ℣. Omnes de Sabba &c.

12. Dom: infrà Oct. Epiph: *& 1ma post. Epiph* De Ea semid: C. A. *Offm: ut in Epiphania.* lect. 1. Noct: Jncipit Epistola 1. ad Corinthios &c. *ut in Dom. 1ma post Epiph:* reliq: ut in propr: com. Epiph: in L, & M. Gl. Cr. reliq: *ut in festo.* non dic 3. Or. ad Mis: Vesp: de Oct: Dx, ut *in 1. Vesp: festi Epiph:* Com. Dom. Ant. *Fili quid fecisti* &c. ℣. *Omnes de Sabba: &c.*

13 Fer. 2. Octava Epiph: Dx. C. A. *ut in festo* lect. 1. Noct. de Epist: ad Corinth: *ex fer: Current:* reliq: *ut in propr:* Mis. propr: reliq. *ut in festo*

sto. Gl. in Vesp: Com. sequ: & S. Felicis: M.

14. Fer. 3. S. Hilarii Ep. C. semid: C. A. *Hym. mut.* ℣. lect: 1. Noct: de script: ad Corinthios &c. reliq: ut. in propr: 9. lect. & Com. S. Felicis M. in Laud. *Suffragia reasumuntur.* in Mis: Gl: 3. Or. de Beata. *Deus qui salutis &c.* Vesp: de sequ: *hym: mut:* ℣. com. præc: & S. Mauri Abb. C. per. Ant. *Euge Serve &c.* ℣. *Justum &c.*

15. Fer. 4. S. Pauli 1, Eremitœ C. Dx, C. A. lect: 1. Noct: de script: ad Corinth: reliq: *ut in propr:* 9, lect: & com. S. Mauri Abb. C. Gl. Jn Vesp: Com. sequ.

16. Fer. 5. S. Marcelli Pp. M. semid C. R. lect. 1. Noct: de script: reliq. *ut ibi.* in L. *suffrag:* in Mis: Gl. 2, orat. *Deus qui salutis* &c. 3. *Eccles:* vel *pro Pp.* Vesp. de sequ: com. præc.

17. Fer. 6. S. Antonii Abb: C. Dx, C. A. *ut ibi.* Gl. Vesp: de sequ: com, S. Pauli Apost: & præc: ac Sæ. Priscæ V. M.

18. Sab. Cathedra S. Petri Romæ Dx. Maj. C. A. *ut in propr:* 9. lect: Sæ. Pri-

Priscæ. Com. S. Pauli Apost: & S. V. M. in L. & M. Gl. Cr. Præfat: *de Apostol*: Vesp: de sequ. com. S. Petri. & S. Pauli & Dom. *tantùm*. per. Ant. *suscepit Deus &c.* ex Psalter: Sabbathi. *ad Vesp*: ℣. Vespertina oratio &c. *Hymnus*. *Completor &c.* *& cras horar: &c. terminatur*, Jesu tibi &c.

☼ *Plenilun: Febru: h. 3. m. 29. post merid:*

19. Dom. II. post Epiph: Festum Ss. Nominis, JESU. Dx. 2. clas: C. A. *omnia propr*: 9: lect: & Com: Dom: ac Ss. Marii &c. Mm. *sinè lect*: in Laud: *& Mis*: *privat: tantùm*. Gl: Cr: Præfat: de Nativit: *sinè Commun*: Evangel: ultim: Dom. Jn Vesp: Com: sequ: & Dom.

20 Fer. 2. Ss. Fabiani & Sebastiani Mm. Dx. C. R. lect: 1. Noct: *Jncipit Epistola, 2da ad Corinth: ex Dom. hesterna*. reliqu: ut *in propr*: in Mis: Gl. Vesp: à Cap. de sequ. Com: præc.

21. Fer. 3. Sæ, Agnetis V. M. Dx. C.R. *ut in propr*: in Mis. Gl. *sinè* Cr. *nisi in propr: Eccl*: Jn Vesp: Psalm de Dom: Ant: *ex Laud: festi*. ultimus Psalm.

Psalm, Lauda Jerusalem. &c. Com: sequ.

22 Fer. 4. Ss. Vincentii &c. Mm. semid. C. R. lect: 1. Noct: de scrip: reliq: *in propr:* in Laud: *Suffrag:* ad 1mam *preces. Dom.* in Mis: Gl, 2. Or. *Deus qui salutis. &c.* 3.| Eccl: vel pro Pp. Vesp: de sequ: Com, praec: & Sae: Emerentianae| V. M. *Festum Palatii. Hym: Completor: & cras horar. terminat.* Jesu tibi &c.

23 Fer. 5. Desponsatio B. M. V. Dx. Maj. C. A. *ut in propr:* 9. lect: & Com: Sae. Emerentianae V. M. Gl. Cr, Praefat. de Beata, *& Te. in Desponsatione* &c. in Vesp: Com. sequ.

24 Fer. 6. Translatio S. Erici M. P. R. S. Dx. C. R. lect: 1. Noct: de script: reliqu: *in propr:* in Mis. Gl. Vesp: de sequ: com. S. Petri & praec.

25 Sab. Conversio S. Pauli Apost: Dx. Maj. C. A. *Omnia ut in propr:* com. S. Petri in Laud: & M. Gl. Cr. Praefat: de Apost: in Vesp. Com. S. Petri & Dom. sequ: per Ant: ex Psalt: Saba. *Suscepit. Deus &c.* ℣. *Vespertina orat. &c.*

26.

26. Dom. 3. *post Epiph.* De Ea semid: C. Vir. *ut in Psalt: & propr: ad Matut: Hym:* Primo die &c. Ad Laudes *Æternæ rerum. &c. Suffragia.* Ad 1mam 4. Psalmi. cum. Symbolo. *Quicunq; &c:* in M. Gl. 2. Or. & 3tia *ut in Missali.* Præfat: de Ss. Trinitate. Cr. Vesp: de seq. *hym. mut.* ℣. Com. Dom.

☼ *Decrescens Febru: h. 4. m. 28. mane.*

27. Fer: 2. S. Joannis Chrysostomi Ep. C. Dx. C. A. lect: 1. Noct: de script: *reliq: in propr:* Gl. Cr. Jn Vesp: Com. sequ: & Sæ. Agnetis V. M. 2dò. *per Ant. & Or. propr.*

28. Fer. 3. S. Raymundi de Pennafort C. semid: C. A. L. P: *ex* 23. *hujus.* Hym. mut. ℣. *ut ibi.* 9. lect: & Com. Sæ. Agnetis V. M. 2*dò*, per Ant *ex ejus festo* & Orat, propr. *Suffrag:* in Mis. Gl. 3. Or. *de Beata.* Deus qui salutis &c. Vesp: de sequ: *Hym: mut.* ℣. Com: præc.

29. Fer. 4, S. Francisci Salesii E. C. Dx. C, A. *Hym. mut.* ℣. ut ibi Gl. Jn Vesp, com. sequ.

30. Fer, 5, Sæ. Martinæ V. M, semid: C. R, *ut in propr:* in Laud. *Suffrag:* in Mis.

Mis. Gl, 2. Or. Deus, qui salutis &c. 3. Eccl: vel, pro Pp. Vesp: de sequ: *Hym. mut:* ℣. com, præc:

31. Fer. 6. S. Petri Nolasco C, Dx, C. A. *Hym. mut:* ℣. *ut ibi* Gl: Vesp: à Cap. de sequ: com. præc.

FEBRUARIUS *habet dies* XXVIII.

1. Sab. Sæ. Brigidæ V. Dx, C. A. lect: 1. Noct: de script: reliqu: in P, R, P. in Mis. Gl. Vesp: de sequ. Com. præc: & Dom. per Ant. *ex Psalter: Sab.* Suscepit Deus &c. & ℣. Vespertina Oratio &c. *Hym: Completor: & cras horar. terminat: Jesu tibi &c.*

☼ *Novilun: Martij hor. 8. m. 20. vesperi.*

2. Dom. IV. *post Epiph:* Purificatio B. MV. Dx. 2. clas: *Celebre* C. A. *Omnia in propr:* 9. lect. & Com. Dom in Laud. & Mis. Benedict. Candelar: & Processio *in C. Viol. nisi sit cum Smo. quià tunc in C. A.* NB. in Processione, *ad Evangelium, & Elevationem usq; ad Communionem, ab omnibus tenentur candelæ accensæ.* Ad 1mam in ℟. brevi ℣.

Qui

Qui natus es &c. in Mis. Gl. Cr. Præfat: de Nativit: Dni. *finè Commun:* ultimum Evangel: *Dom:* In Vesp: Com. Dom. & sequ: ac S. Blasii Ep. M. *Post Completor: Ant:* Ave Regina &c. *Cum suo* ℣. *& Collecta. Dom. diebûs. stando. aliîs flecten.*

3. Fer, 2. S. Thimothei Ep. M. semid: C. R. L. P. *ex* 24. *Januar:* lect. 1. Noct. *ex Dom.* 4. *præc:* reliq: *ut ibi.* 9. lect. & Com. S, Blasii Ep. M. in L. *Suffragia.* in Mis. Gl. 3. *Or.* A Cunctis. Vesp. de sequ: *hym. mut.* ℣. com. præc. *Festum Palatii.*

4. Fer. 3. S. Andreæ Corsini Ep: C, Dx. C. A. *ut ibi.* Gl. Vesp: à Cap: de sequ: com: præc.

5. Fer. 4. Sæ. Agathæ V. M. Dx. C. R. *omnia propr:* in Mis: Gl: Benedict: Panis & Aquæ contrà ignem, *ut in Agenda Eccl:* Vesp: à Cap. de sequ: Com. præc: *Festum Palatii.*

6. Fer. 5. Sæ. Dorothæ V. M. Dx. C. R. ut in P. R. P. Gl. Vesp: à Cap: de sequ: *Hym: mut:* ℣. com, præc.

Fer. 6. S. Romualdi Abb. C. Dx. C. A. *Hym: mut:* ℣. ut ibi. Gl: Vesp: à Cap. de sequ: *Hym: mut:* ℣. com. præc.

8.

8\. Sab: S. Joannis de Matha C. Dx. C. A. *Hym: mut:* ℣. ut ibi Gl. Vesp: à Cap. de sequ: com. præc: & Dom: per Ant. *Suscepit Deus &c. ex Psalt: Sab.* & ℣. *Vespertina Or.*

9\. Dom. 5. *post Epiph:* Sæ. Apolloniæ V. M. Dx. C, R. lect: 1. Noct: de script: *ex Dom:* reliqu' in P: R. P. 9. lect: & com. Dom. Gl. Cr. Præfat: *de Ss. Trinit: ultim: Evangel:* Dom. Vesp: à cap. de sequ: com. præc: & Dom.

☼ *Crescens Martii horâ 6. m. 54. mane.*

10\. Fer. 2. Sæ. Scholasticæ V. Dx. C. A. *ut ibi.* Gl. Vesp: à cap. de sequ: com. præc.

11\. Fer. 3. S. Ansgarii Ep. C. P. R. S. Dx. C. A. L. P. *ex 4ta hujus.* lect: 1. Noct: de script: *reliqu: ut in Patr: Svec:* Gl. in Vesp: com. sequ:

12\. Fer. 4. S. Ignatii Ep. M. semid: C. R. L. P. *ex 1ma hujus.* ut ibi. *Suffrag:* in Mis. Gl. 2. Or. A Cunctis. 3. *ad libitum.* Vesp: de sequ: com. præc.

13\. Fer. 5. S. Henrici Ep. M. P. R. S. Dx. C. R. *fuit* 19. *Januarii* ut ibi. Gl. in Vesp: com. sequ: & S. Valentini M.

14\. Fer. 6. S. Policarpi Ep. M. semid: C. R. *fuit* 26. *Januar:* ut ibi com. S. Va-

Valentini M. *Suffrag:* in Mis: Gl. 3. *Or: A cunctis &c.* Jn Vesp: com. Ss.
15. Faustini &c. Mm.
Sab. De Ea C. Vir. ut in Psalt: & propr. *Absol: & Benedict: ex 3tio Noctur:* lect: leguntr: de Homilia Dom. 6tæ: post Epiph: ℟ ℟ *ex fer.* 4. *Dom.* 5. *post Epiph:* ad Laud. Ant. *ex fer. Ant. ad Benedictus & Orat.* Dom. 6tæ. com. Ss. Mm. in Laud: Suffr: Mis. Dom. 6tæ. *sine* Gl. & Cr. 2. Or. SS. Mm. 3. Or. *A cunctis &c.* Jn Martyro: *præponit. Dom.* Septuages. Vesp: *fer. Sabbathi.* à cap. de Dom. Septuages: *Suffrag:* ad ℣. Benedicamus. addit. *2plx Alleluia.* quod deinceps omittit. *cujus loco ad Jnitium horar. dicitr:* Laus tibi Dne &c:
16. Dom. Septuagesimæ. De Ea. semid. 2. clas. C. Viol. ut in Psalt: & propr: *non dic.* Te Deum laudamus &c. *dic.* 9. ℟. Ad Laud: & per hor. Ant. propr: *reliqu: ut ibi notat.* Ad 1mam. 4. Psalmi cum Symbolo *Quicunq; &c.* & loco Psalmi *Confitemini &c.* dic. *Dominus regnavit &c. & sic semper observatr: in Dom. usq; ad Pascha exclusivè. Suffrag:* in Mis. *Non dic. Gl.*

Or.

Or. ut in Missali *dic.* Cr. Præfat: de Ss. Trinitate. Jn Vesp: com sequ. *suffrag:* de S. Canuto. *nihil hôc Annô.* Hodiè Dies Translationis Divi Bogumili Archi-Episcopi Gnesnen: Thaumaturgi, ad Ecclesiam Collegiatam Uniejovien: Ex Ecclesia Parochiali Dobroven: Anno 1665.

17. Fer. 2. S. Jldefonsi Ep. C. semid: C. A. *hym. mut.* ℣. lect. 1. Noct: de script. reliq. *ut ibi Suffrag.* in Mis. Gl. 2. Or. & 3. ut heri. Jn Vesp. com. sequ. *Suffrag.*

☼ *Plenilun: Martii h. 8 m. 31. mane.*

18. Fer. 3. S. Simeonis Ep. M. simplex. C. R. Ad Matut. Jnvitator: & Hym. *de Comm: unius M.* Psalmi. Cum Ant. *de fer. 3tia.* ℣. ex 2do Noctur: *de Comm: unius M.* lect: 1ma. & 2da. de script: 3tia propr: de Sancto ℟ ℟ ex 2do Noctur: unius M. Te Deum laudamus &c. Ad laudes & per horas Ant. *De Comm: unius M. Suffrag:* in Mis. Gl. 2. Or. *A cunctis &c.* 3. *ad libitum.* Vesp. de fer. Ant. ad Magnif: *Dixit autem &c. Suffrag.* com. Crucis.

19. Fer. 4. De Ea C. Viol. ut in Psalt.

&

& propr: Or. *ex Dom. præc:* Com. Crucis. *Suffrag:* Mis. ex Dom. præc. *ſinè* Gl. *&* Cr. Veſp. de ſequ. *Suffrag: Hym: complector. & cras horar. terminat.* Jesu tibi.

20. Fer. 5. De Ssmo Corpore Xti. ſemid. C. A. *Offim: ut in additamen: Breviar. antè Patron. Regni Poloniæ. & ut in feſto Corporis Xti.* lect. 1. Noct. de ſcript: 2di Noct. ex Sabb. *infra Oct.* 3tii Noct. *ex fer.* 6ta *infrà eandem Octav.* reliqu. ut in feſto. *Suffrag:* Miſſa *ut in Votivis* Gl. 2. Or. A cunctis 3tia ad libit. Veſp. feſti. *Suffrag.*

21. Fer. 6. De Ea C. Viol. ut in Pſalt. & propr. *Suffrag.* com. Crucis. Mis. ex Dom. præc: *ſinè* Gl. *&* Cr. Or. *ut in Miſſali.* Veſp. de ſequ: com. S. Pauli.

22. Sab. *Vigilia.* Cathedra S. Petri Antiochiæ. Dx Maj. C. A. *ut in propr. ac in Cathedra Romana.* 9. lect: Vigil. com. S. Pauli & Vigil. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. de Apoſt. ac ultim. Evang. Vigil: Mis: 2. Jn Veſp. com. S. Pauli & Dom. per Ant. *Dixit Dnus ad Nòë &c.*

23. Dom. Sexageſimæ De Ea ſemid. 2.

 claſ.

claſ. C. Viol. ut in Pſalt. & propr. ac ut in Dom. Septuageſ. *Suffrag.* in Miſ. Cr. Præfat. de Ss. Trinit. Veſp. de ſequ. com. Dom.

24. Fer. 2. S. Mathiæ Apoſt. Dx. 2. claſ. C. R. ut in propr. in Miſ. Gl. Cr. Præfat. de Apoſt. In Veſp. com, ſequ.

Decreſcens Martii h. o. m. 42. poſt. merid:

25. Fer. 3. S. Sigfridi. Ep. C. P. R. S. Dx. C. A. *ut ibi.* in Miſ. Gl. Veſp. feſti.

26. Fer. 4. De Ea. C. Viol. ut in Pſalt. & propr. com. Crucis. *Suffrag.* Mis. ex Dom. præc. *ſinè* Gl. *&* Cr. Or. *ut in* Miſſali. Veſp. de ſequ. *Suffrag. Hym. Completor. & cras horar. terminat.* Jeſu tibi &c.

27. Fer. 5. de Ss. Corpore Xti ſemid. C. A. Offm. *ut in* 20. *Februar.* lect. 1. Noct. de ſcript. reliqu. *ut in* 20. *Februar: & in Miſ.* Veſp. feſti. *Suffrag.*

28. Fer. 6. De Ea C. Viol. ut in Pſalt. & propr. com. Crucis. *Suffrag.* Miſ. ex Dom. præc. *ſinè* Gl. *&* Cr. orat. *ut in Miſſali* Veſp. de ſequ.

MAR-

MARTIUS *habet Dies.* XXXI.

1. Sab. S. Albini Ep. C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. de script. reliqu. in P. R. P. in Mis. Gl. In Vesp. com. Dom. Ant. *Pater fidei &c.*

2. Dom. Quinquagesimæ De Ea semid. 2. clas. C. Viol. ut in Psalter. & propr. *ac ut in Dom. Septuages. Suffrag. in Mis. non dic.* Gl. *dic* Cr. præfat. de Ss. Trinitt. Vesp. de sequ. com. Dom.

3. Fer. 2. Sæ. Helenæ Imperatr: Viduæ Dx. C. A. *fuit heri.* lect. 1. Noct. de script. reliqu. in propr. Gl. *sinè* Cr. Vesp. de sequ. com. præc. tantum.

☸ *Novilun: Aprilis h. 8. m. 44. mane.*

4. Fer. 3. S. Casmiri C. P. R. P. Dx. 2. clas. C. A. lect. 1. Noct. *Justus* &c. de Comm. Confes. reliqu. in propr. Com. S. Lucii Pp. M. in Laud & Mis-sis *privatis tantùm* Gl. Cr. Vesp. *festi. Hodiè serò claudunt. Nuptiæ.*

5. Fer. 4. Cinerum De Ea C. Viol. ut in Psalter. & propr. *Psalmi Graduales in Choro Antè Matut. extrà Chorum pro opportunitate temporis & Sacerdotis.* Ad Benedict: Ant. propr. *preces ferial.* Com. Crucis. *Suffrag. Benedi-*

ctio Cinerum & distributio. ut in Agenda, Processio *cum Litaniis de Oo. Sanctis* Mis. *sinè* Gl. & Cr. *cum suis* Orat. Præfat. Quadragesimal. *quæ dic. etiam in festis propr. Non habent. usq; ad Dom. Passion. exclusive except. Mis. de Requiem. aut nisi aliter notetur. vel Votivæ Missæ habeant propr.* NB. Hodiè & per tot. Quadragesim *in Cathedra & Eccl: Collegiat. Ministri Sacri in Missa solemni utuntur Planetis plicatis antè pectus exceptâ Dom. lætare & Mis. de alio festo. in quibus utuntur Dalmat. solit.* Hodiè prohibent Mis. *privat. Vot. & de Requiem.* NB. Orat. *quæ fit super populum post Commun. Non debet conjungi cum priorib. sed distinctè concludi.* Vesp. de sequ. com. fer. *Festum Palatii.*

6. Fer. 5. Translatio S. Venceslai M. P. R. P. Dx. C. R. *fuit heri.* lect. 1. Noct. Fratres debitores. &c. *De Comm. Mm.* reliqu. ut in Patron. R. P. 9. lect. & com. fer. & ultimum Evangel. fer. Mis. 2. Vesp. à cap. de sequ. Ant. *O Doctr &c.* Com. præc. & fer. ac SS. Perpetuæ &c. Mm.

7. Fer. 6. S. Thomæ Aquinatis C. & Doct.

Doct. Dx. C. A. lect. 1. Noct. De Comm. Doctr. reliqu. in propr. 9. lect. & Com. fer. ac Ss. Perpetuæ &c. Mm. Gl. Cr. Præfat. Quadragesim. ultim. Evangel. fer. Mis. 2. Vesp. à cap. de sequ. com. præc. & fer.

8. Sab. S. Joannis de Deo. C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. Beatus Vir &c. *de Comm. Conf non Pont.* reliqu. in propr. 9. lect. & com. fer in L. & Mis. Gl. Præfat. Quadrages. ultim. Evang. fer. Mis. 2. In Vesp. com. Dom.

Hodiè & per totam Quadragesim. Vesp. dicunt. Antè Comestion. Prandii. exceptis Domin. quibûs solitâ horâ.

9. Dom. 1. Quadrages. De Ea semid. 1. clas. C. Viol. ut in Psalt. & propr. ac ut in Dom. Septuages. *Suffrag.* Ad Primam 4. Psalm. *Cum Symbolo.* Quicunq; &c. *preces Domin.* in Mis. Cr. *sinè* Gl. Præfat Quadragesim. In Vesp. com sequ. *Suffrag.* in Completor preces.

10 Fer. 2. Ss. 40. Mm. semid. C. R. lect. 1. Noctur. *Fratres Debitores* &c. reliqu. in propr. 9. lect. & com. fer. *Suffrag.* in Mis. Gl. 3. Or. A cunctis. ultim. Evang. fer. Mis. 2. Vesp. à cap.

de

de sequ. *Hym. mut.* ℣. com. præc. & fer. *Suffrag.*

11. Fer. 3. Ss. Cyryll. & Methodii Conf. Pont. semid. C. A. L. P. *ex* 9. *huius* Hym. mut. ℣. lect. 1. Noct. *Laudemus. Viros &c. ut in Comm. Conf. Pontif.* 2di. in P. R. P. 3tii. *Vigilate.* 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. ultim. Evangel. fer. Mis. 2. Vesp. de sequ. com. præc. & fer.

☼ *Crescens April. h. 3. m. 25. mane.*

Quatuor Tempor.

12. Fer. 4. S. Gregorii Pp. C. & Eccl. Doct. Dx. C. A. *ut in propr.* 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Quadragesim. ultim. Evang. fer. Mis. 2. Vesp. à cap. de sequ. com. præc. & fer.

13. Fer. 5. Sæ. Franciscæ Romanæ Vid. Dx. *fuit* 9. *hujus* C. A. lect. 1. Noct. *Mulierem fortem &c. de Comm. non Virgin:* reliqu: in propr: 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Præfat: Quadrages: ultim. Evang: fer. Mis. 2. In Vesp. com. fer.

Quatuor Tempor:

14. Fer. 6. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. *Absol. ex 2do. Benedict: ex 3tio Noct.* preces fer. com. Crucis. *Suffrag.* post Laudes. dicto ℣. *Benedicamus.* dicunt. *Psalmi*

Pæ-

Pœnitentiales. cum Litan. de OO. Sanct. ℣℣. *& Oration: flexîs. genibûs.* Processio. Vesp. fer. preces. *Suffrag.*

15. Sab. Quatuor Tempor. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. *Absol. & Benedictio ex 3tio Noct.* precef. com. Crucis. *Suffragia.* Ordines Sacri. Vesp. à Cap. de Dom. *Suffrag.*

16. Dom. II. Quadrages. De Ea semid. 2. claf. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. *ac ut in Dom. præc. Suffrag.* Mif. *sinè* Gl. *cum.* Cr. Præfat: Quadrages. Vesp. de Dom. com. sequ. *Suffrag.*

17. Fer. 2. Sæ. Gertrudis V. semid. C. A. lect. 1. Noct. De Virginibus &c. reliqu. in P. R. P. 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Præfat. Quadragesim. ultim. Evangel. fer. Mif. 2. Vesp. de sequ. com. præc. & fer.

18. Fer. 3. S. Gabrielis Archang. Dx. Maj. C. A. ut in propr. 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Quadrages. ultim. Evangel. fer. Mif. 2. Vesp. de sequ. com. præc. & fer.

☼ *Plenilun. April. h. 10. m. 46. vesperi.*

91. Fer. 4. S. Joseph. Sponsi B. M. V. Dx. 2. claf. C. A. Celebre de præcepto pro tota Archi-diæcesi, & cum obli-

bligatione à Fidelibus audiendi Sacrū, & abstinendi se ab operibus servilibus, ex benigna concessione Sanctæ Sedis Apostolicæ sub die 26. Junii 1782. ad preces Celsissimi Præsulis Loci Ordinarii emanata. & sub Die 14. Aug. 1782. à Jurisd. L. O. admissa. Offm. ut in proprio 9. lect. & com. fer. in Mis. Gl. *sinè* Cr. *nisi in propr. Eccl.* Præfat. Quadrages: ultim. Evan. fer. Mis. 2. Jn Vesp. com. sequ. & fer.

20. Fer. 5. S. Patritii Ep. C. semid. C. A. L. P. *ex* 17. *hujus. Hym. mut.* ℣. ut ibi. 9. lect. & com. fer. *Suffrag.* in Mis. Gl. 3. Or. A cunctis. ultim. Evang. fer. Mis. 2. Vesp. de sequ. com. præc. & fer.

21. Fer. 6. S. Benedicti Ab. C. Dx C. A. ut in propr. 9. lect. & com. fer. Gl. ultim. Evang. fer. Mis. 2. in Vesp. com. fer.

22. Sab. De Ea. C. Viol. ut in Psat. & propr. *Absol. & Benedict: ex 3tio Noctur.* Præces. com. Crucis. *Suffrag:* Vesp. à cap. de Dom. *Suffrag.*

23. Dom. III. Quadrages. De Ea semid. 2. clas. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. *ac ut in Dom. 1. Quadrages. Suffrag.* in

Mis.

Mis. Cr. *finè* Gl. Præfat. Quadrages: Vesp. de sequ. com. Dom.

24. Fer. 2. Sæ. Catharinæ Vastanen: V. P. R. S. Dx. C. A. *fuit heri.* lect. 1. Noct. *De Virginibus &c.* reliqu. in Propr. 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Præfat. Quadrages: ult. Evangel: fer. Mis. 2. Vesp. de sequ. com. præc. & fer. *Hym. Completor. & cras horar. terminat.* Jesu tibi &c.

25. Fer. 3. Annuntiatio B. M. V. Dx: 2. clas. C. A. *celebre. ut in propr.* 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Cr. *Ubi ad illa verba. Et incarnatus est.* Celebrans. *sivè ad Altare stans sivè sedens. in sede, descendit ad ultimum gradum Altaris, & ibi profundè inclinatus genua flectit.* Præfat. de Beata & *Te in Annuntiatione.* ac ultim. Evang. fer. Mis. 2. Vesp. festi. com. fer.

☼ *Decrescens April. h. 7. m. 34. Vesperi.*

26. Fer. 4. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. *Psalmi Graduales.* Absol. & Benedict: *ex 3tio Noct.* Preces. com. Crucis *Suffrag.* Processio. Vesp. fer. Preces. &c. *Suffrag,*

27. Fer. 5. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. *Absol. ex 1mo. Benedict. ex*

3tio Noct. precef. com. Crucis. *Suffrag.* Vefp. fer. precef. &c.

28. Fer. 6. De Ea. C. Viol. *Abfol.* ex 2*do Benedict.* *ex* 3*tio Noct.* precef. com. Crucis. *Suffrag.* NB. *Hodiè Pfalmi Pœnitentiales cum Litan. de OO. Ss. &c.* Proceffio. Vefp. fer. *precef. &c, Suffrag.*

29. Sab. De Ea. C. Viol. Abfol. & Bened. ex 3tio Noct. precef. &c. *Suffrag.* Vefp. à Cap. de Dom. *Suffrag.*

30. Dom. IV. Quadrages. De Ea femid. 2. claf. C. Viol. ut in Pfalt. & Propr. *ac ut in Dom. præc. Suffrag.* Cr. *finè Gl.* Præfat. Quadrages. Vefp. de Dom. *Suffrag.*

31. Fer. 2. De Ea. C. Viol. *Abfol. ex* 1*mo. Benedict. ex* 3*tio Noct.* precef. com. Crucis. *Suffrag.* Præfat. Quadrages. Proceffio. Vefp. fer. precef. &c. *Suffragia.*

APRILIS *habet Dies.* XXX.

1. Fer. 3. De Ea. C. Viol. ut in Pfalt. & propr. *Abfol. ex* 2*do. Bened. ex* 3*tio Noct.* Precef. com. Crucis. *Suffrag.* Præfat. Quadrag. Vefp. de fequ. com. fer.

✠ No-

☼ *Novilun. Maii 10. h. m. 23. Vesperi.*

2. Fer. 4. S. Francisci de Paula C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. Beatus Vir. *De com. Conf. non. Pont.* reliqu. in propr. 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. ultim. Evang. fer, Mis. 2. in Vesp. com. fer.

3. Fer. 5. De Ea. C. Viol. *Absol. ex 1mo. Benedict. ex 3tio Noct.* preces. com. Crucis. *Suffrag.* Vesp. de sequ. com fer.

4. Fer. 6. S. Jsidori Ep. C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. *Sapientiam &c. de Comm. Doctr.* reliqu. in prpor. 9. lect. & com. fer. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Quadragesim. ultim. Evangel. fer. Mis. 2. Vesp. à cap. de sequ. com. præc. & fer.

5. Sab. S. Vincentii Ferrerii C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. Beatus. Vir. &c. *de Comm. Conf. Non Pont.* reliqn. in propr. 9. lect. & com. fer. in L. & Mis. Gl. Præfat. Quadragesim. nltim. Evangel. fer. Mis. 2. Ordines Sacri In Vesp. com. Dom.

NB. *Hodiè. antè. Vesp. velant. Cruces, & Jmagines, nec non Crux Processionalis, velis violaceis,* Hodiè *Suffrag. Ss. cessant. à Vesp.*

6. Dom.

6. Dom. Passion De Ea. semid. 1. clas. C. Viol. ut in Psalt. & Propr. NB. *Ad Jnvitator. in Matut. &c. ℟. ℣. non dic*, Gloria Patri &c. sed *repetit. 1mus ℣. ℟. Suffrag. Ss. cessant*. Ad Miss. *non dic. Psalm.* Judica me &c. nec Gl. in Miss. duæ tantum *Orat.* Cr. ad Lavabo non *dic. Gloria Patri. &c.* Præfatio de Cruce. *Ad 1mam & alias horas, & Completor.* in ℟. ℟. brevib. *non dic.* Gloria Patri &c. *sed repetit.* 1mus ℣. ℟. ℟. *quæ omnia observant.* in *Offo de tempore usq; ad fer 5tam* in Cæna Dni. *inclusivè.* Vesp. de Dom.

Incipit Communio Paschalis.

7. Fer. 2. De Ea. C. Viol. Jnvitator. ad Matut. & Hym. ut in Dom Passion. præc. *Absolut. ex 1mo. Benedict. ex 3tio Noct.* precesf fer. in Miss. *ut heri notat.* Præfat. de Cruce. *Processio cessat.* vesp. fer. preces.

8. Fer. 3. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. &c. ut heri. Vesp. *ut heri.*

9. Fer. 4. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. &c. *ut heri* ac in Psalt. & propr. Psalmi Graduales. *Absol. & Benedict. ex 3tio Noct.* preces. Præfat. de Cruce. *Processio cessat.* Vesp. fer. preces.

Cre-

☼ *Crescens Maii h. 10. m. 59. vesperis.*

10. Fer. 5. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. *Absol. ex 1mo. Benedict. ex 3tio. Noct. &c. ut heri.* Vesp. de sequ. com. fer. *Hym. Completor. & Cras horar. terminat.* Jesu tibi &c.

11. Fer. 6. Festum septem Dolorum B. M. V. Dx. Mai. C. A. *Omn. propr.* 9. lect. & com. fer. in L. ad 1mam in ℟. brev. ℣. *Qui passus &c.* ad M. Gl. Cr. Præfat. de Beata & *Te in Transfixione.* ultim. Evangel. fer. Mis. 2. In Vesp. com. sequ. & fer.

12. Sab. S. Leonis Pp. C. Dx. C. A. *fuit. heri.* ut in propr. *Hym. mut.* ℣. cum 8vo. ℟. *In medio &c. de Comm. Doctor.* In Mis. *Introitus.* In medio *de Comm. Doctor.* Epistola *Justus &c:* Evangel. & reliqu. in Mis. nt in propr. Gl. Cr. Præfat. *de Cruce.* Mis. 2. ultim. Evang. fer. In Vesp. com. Dom.

13. Dom. Palmarum De Ea semid. 1. clas. C. Viol. ut in Psalt. & propr. *ac ut in Dom. Passion. sinè* Gl. *cum.* Cr. & *Benedict. Palmar. & distributione.* in Mis. Or. unica Præfat. de Cruce. in Mis. privat. ultim. Evangel. *Cum Appropinquasset &c,* quod habetr. *in Benedi-*

ctio

ctione Palmar. in Mis. cantata Evangel. ultim. *In Principio &c.* Vesp. de Dom. com Ss. Tiburtii &c. Mm.

Jncipit Hebdomada Sancta in qua non dic. Mis. Votiv. privat. nec de Requ. exceptâ unâ cantatâ præsente Cadavere hôc triduô sequen. tantum.

14. Fer. 2. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. Invitator. & Hym. ut heri. *Absol. ex 1mo. Benedict. ex 3tio Noct. ad laud. & per Hor.* Ant. *propr.* com. Ss. Tiburtii &c. Mm. in L. & M. *Gl. & 3tia Or. non dic.* præfat. de Cruce. preces. Vesp. fer. preces.

15. Fer. 3. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. *absolut. & Benedict. ex 2do Noct.* ad laud. & per Hor. ant. propr. preces fer. ad Mis. Orat. 2. Præfat. de Cruce. Vesp. fer. preces ferial.

16. Fer. 4. De Ea. C. Viol. ut in Psalt. & propr. *Non dic. Psalmi Gradual.* ad Matut. Invitator Hym. &c. *ut heri Absol. & Benedict. ex 3tio Noct.* 1ma. Jlle nos benedicat &c. 2da divinum auxilium &c. 3tia. Ad societatem &c. *In Martyrolog. præponit.* Cæna Domini. in Mis. Præfat. de Cruce. Vesp. fer. preces. NB. Post Completor. *dicitr.*

Ma-

Matut. Tenebrar. in Choro accensis Candel. 15. *ex cera communi in Candelabro triangulari. ad Cornu Epistolæ antè Ma . Altare posito, & post quem libet Psalm. Matutini & Laudum. ubi. totum officium persolvitur, extinguitur. una candela, ubi verò Nocturnus unus cum laudibus cantatr. post quemlibet Psalm. Lamentation.* ℟. ℟. *una ex dictis candelis extinguitr. finito vero Psalm.* Miserere. *sit fragor moderatus.*

17. Fer. 5. Cæna Dni. Dx. 1. clas C. Viol. *Hodiè & sequent. dieb. non legit. Martyrolog:* Ad Mis. C. A. Olea Sacra vetera cremantr. nova. consecrant. Bula Cænæ Dni. publicatr. *tres Hostiæ consecrantr. una pro hodiè, altera pro cras.* 3*tia pro sepulchro.* In Mis. *non dic Psalm.* Judica me &c. ad Gl. *pulsant. Campanæ deinceps. silent. usq; ad Sabbathum: Sanct.* in Mis. Or. unica Præfat. de Cruce *reliq; ut in Missali.* NB. *ad Mis. hodiè Crux major. Altar. tegitr. Velô* Violac. & ad Mandatum. NB. Hôc triduô *transeuntes ante Crucem Major. Altar. genuflectunt.* Celebrans profundam ei facit inclination: cras verò & ipse Celebrans *genua flectit.*

ctit. Post Vesp. *Altaria per Celebrant. denudantr. indutum Alba & Stola Violac. dicendo Psalm.* Deus Deus meus &c. *qui est ad 1mam fer. 6ta.*

☸ *Plenilun. Maii h. 10. m. 19. vesperi.*

18 Fer. 6. Parasceves Dx 1. clas. C. Niger. Hodiè *non est administranda Eucharistia nisi verè infirmis*, Horæ minor. *absolvunt. in Choro submissa voce sinè accens. candel. quod similiter & cras observatr. ante benediction. Novi ignis.* Crux Major. Altar. *tegitr. velo. nigrô.*

19 Sabbatho Sancto. Dx. 1. clas. ad Benediction: novi Ignis. & Fontis C. Viol. ad Benediction: Cerei & ad Mis. C. A *ad Introitum Mis. dic. Psalm.* Judica me &c. ad Gl. *pulsant. Campanæ* reliq; *ut in Missali observant.* Ordines Sacri. Vesp in Choro *ut in Missali. extrà Chorum ut in Breviar. post Completor.* Ant. Regina Cæli: &c. cum suo ℣, & Collecta *totô tempor. Paschal. dicitr. stando.*

Jncipit Tempus Paschale.

20 Dom. Paschæ Resurrectio. D. N. J. C. Dx. 1. clas cum Octava. C. A. omn. propr. Gl. Cr. Præfat. Commun. & Hanc igitr. propr. *per Oct. ad sequ. Sabb.*

jad

ad ℣. Benedicamus. & in Miss. ad J-te missa est. *addit.* *2plex.* Alleluja. Martyrol. hodiè legitr *ab his Verbis* Hac die, quam fecit Dnus. &c. *deinde. legit. pro die Crastina.* Undecimo Kalendas Maji luna 18. in. Perside Natalis S. Simeonis, Episcopi. Seleuciæ. &c. Vesp festi.

21. Fer. 2. Paschæ Dx. 1. clas. C. A. ut in propr. *Celebre.* in Mis. ut heri Vesq. ut heri.

22. Fer. 3. Paschæ. Dx. 1. clas. C. A. *ut heri.* Vesp. *ut heri.*

23. Fer. 4. De Oct. semid. C. A. ut in propr. & *heri.* in M. *ut heri.* 2. Or. Eccl. Vel. pro Pp. *tantùm.* reliq. *ut heri,* Vesp. *ut heri. ritu semid.*

24. Fer. 5. semid. C. A. *ut heri* & *in propr. ac ut in Mis.* Vesp. *ut heri.*

☾ *Decrescens Maii h. 2. m. 0. mane.*

25. Fer. 6. semid. C. A. *ut heri* & *in propr.* Hodiè fit Processio cum Litan. *de Omnib. Sanctis. ut in Festo. S. Marci.* Mis. 2. de Festo. post 3iam. de Rogation. post 9nam. *sine Gl.* & *Cr:* Cui qui non intersunt vel non cantant devotè. & ad horas. Canon. tentur. *debent dicere Litan. de Omn. Sanctis. cum*

ſuis ℣. ℣. *&* *Orat. devotè.* Veſp. *ut heri.*

26. Sab. *in Albis* de Oct. ſemid. C. A. *ut heri.* & in propr. Veſp. de Pſalt. *ſub una* Ant. Alleluja. à cap. de Dom. ſequ. ad ℣. Benedicamus *non amplius addit.* Alleluja. *Hym. Completor. terminat.* Deo Patri &c. & Filio qui à mortuis &c. *uſq; ad Aſcens.*

27. Dom. in Albis De Ea Dx. 1. clas. C. A. ut in Pſalt. & propr notat. ad 1mam 3. Pſalm cum ſymbolo Quicunq; *ſinè precibus* in Miſ. Gl. Cr. Præfat. Paſch. *ſinè* Commun. & Hanc igitur. *quæ dic. uſq; ad Aſcens.* excluſivè. *etiam in Feſtis propr. non habent.* & *Votiv.* Veſp. de ſequ. com. præc. Dom.

Hodiè annuntiatur Feſtum S. Adalberti Ep. M. P. R. P. Celebre pro die Craſtina.

NB. Toto temp. Paſch. *in Feſtis B. M. V.* & Ss. *Confeſſor. Pont.* & *non Pont. Virg.* & *non Virgin.* & *Angelor. ac dedicat. Eccl. Ad Invitator. Ant. Nocturnor. Laudum. Horar.* ℟. ℟. *ſemper addit. Alleluja* 3. *Pſalmi inquolibet Noctur. ſub una Ant. idq;* 1*ma. cum addito Alleluja, ubi non eſt. In* ℣ ℣ *vero*

ro horar. addit. ſemper. 2plex Alleluja. *Hym. in poſterùm terminant.* Si *ſint ejuſdem metri* cum Hym. de tempore Deo Patri &c. & Filio. qui à mortuis. &c. Jn Miſ. vero. ad Jntroitum. ante Pſalm. *addit. 2plx* Alleluja, *ad Offertor. & Communion. addit. ſemper unum, ſi nullum eſt poſitum.* Com. de Cruce *in Feſtis ſemid. & Simpl. & Dom. de temp. quæ fiunt extrà Octav. & feriis fit* ſemper, ut bene notat Rubrica. *in fer. 2. poſt. Dom. in Albis.*

28. Fer. 2. S. Adalberti Ep. M. P. R. P. Dx. 1. claſ. cum Oct. *Celebre.* C. R. *ex* 23. *Aprilis.* Lect. 1. Noct. A Mileto *reliq. in propr.* in Patron. *& Temp. Paſch.* Gl. Cr. Præfat. Paſch. In Veſp. com. ſequ. *tantum. De S. Vitale. Nihil hôc annô.*

Hodiè Manè aperiuntur Nuptiæ.

29. Fer. 3. S. Petri M. Dx. C. R. *ut ibi & temp. Paſch.* lect. 1. Noct. de ſcrip. ex Fer. 2. poſt Dom. in Albis. *Incipit &c.* reliq. in propr. com. Octavæ S. Adalbert. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Paſch. Veſp. de ſequ. com. præc. *tantùm.*

30. Fer. 4. S. Marci Evangel. Dx. 2. claſ.

C. R. *ut in Propr. & Temp. Pasch. fuit* 25. *hujus. non fit. Com. Oct.* in Mis. Gl. Cr. Præfat. de Apost. Vesp. de sequ. com. præc. *tantùm.* NB. *Festa* 1. 2. *clas. & 2plicia majora nunqm. dividunt Vesp. sed integræ dic. de digniori, comm. de minus digno: ut videre est in Tabella concur. Festor. paris Ritus. N.* 6.

MAJUS *habet Dies* XXXI.

1. Fer. 5. Ss. Philippi & Jacobi Apostolor. Dx. 2. clas. C. R. lect. 1. Noct. *ex Dom.* 4. *post Pascha.* reliq. *in propr.* Gl. Cr. Præfat. de Apost. In Vesp. com. sequ. & S. Sigismundi R. M. *tantùm.*
☼ *Novilun. Embolismi. h.* 0. *m.* 40. *post. merid.*

2. Fer. 6. S. Athanasij Ep. C. Dx. C. A. *ut ibi* 9. lect. ex 3ribus una S. M. com. Oct. S. Adalberti & S. Sigismundi M. in laud. & M. Gl. Cr. Præfat. Pasch. Vesp. de sequ. com. prœc. *tantùm.* Hodie 1*ma Juris post Festa, Judicia Spiritualia reasumuntr.*

3. Sab. Jnventio Sæ. Crucis Dx. 2. clas. *ut in propr.* C. R. 9. lect. & com. Ss.

Ale-

Alexandri &c. Mm. in Laud. & Miſ. privat. *tantum* ſine com. Oct. S. Adalberti. Gl. Cr. Præfat. de Cruce. in Veſp. com. ſequ. & Dom. per Ant. *Ego ſum. &c.*

4. Dom. II. poſt Paſcha. S. Florieni. M. P. R. P. dx Majus C. R. Lect. 1. Noct. Fratres Debitores. *&c.* de Comm. plumir. Mm. reliq. in P. R. P. 9. Lect. & com. Dom. Gl. Cr. Præf. Paſch. Ult. Evang. Dom. Jn Veſp. com. Oct. ut in 1. Veſp. Feſti. & Dom.

NB. Feſtum. Ssmi. Sepulchri Xti: juxta reſolutionem Sacræ. Rit: Congr. in occurrentia vel concurrentia habet præferentiam cum duplici minori, non verò cum majori. Ita in una Obſervantium Anno 1768.

5. Fer. 2. Octava S. Adalberti Ep. M. Dx. C. R. lect. 1. Noct. de ſcript. 2di Noct. ex Octava feſti. *ex 5ta die infra Oct. lect.* 3. *in Unam.* ex 6ta die lect. 3. in unam. ex die 8va Lect. 3. in Unam. 3tij verò Noctur ex Die 8va. *Sed non eſt præcepti recitantium, ſed ad libitum, has omnes* 2. *Noct. lect. ſimul jungere.* in Miſ. Gl. Cr. Præfat. Paſch. Veſp. de ſequ. com. præc.

6. Fer. 3. S. Joannis Apoſt. ante Portam

tam Latin. Dx. Maj. C. R. lect. 1. Noct. *ex Dom. 6ta. post Pascha.* reliq. *in propr.* Gl. Cr. Præfat. de Apost. in Vesp. com. sequ.

7. Fer. 4. Sæ. Catharinæ Senen. V. Dx. L. P. *ex* 30. *April.* lect. 1. Noct. de script. reliq. *ut in propr.* & *temp. Pasch.* Gl. Vesp. de sequ. com. *nulla.*

8. Fer. 5. S. Staniślai Ep. M. P. R. P. Dx. 1. clas. cum. Oct. C. R. ut in propr. Gl. Cr. Præfat. Pasch. In Vesp. com. sequ.

9. Fer. 6. S. Gregorij. Nanzianzeni Ep. C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. de script. reliq. *in propr.* com. Oct. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Pasch. Vesp. de seq. com. præc. & Oct. ac Ss. Gordiani &c. Mm.

Crescens Embolismi h. 4. m. 13. post merid.

10. Sab. Apparitio S. Michaelis Archang. Dx. Maj. C. A. omnia propr. 9. lect. Ss. Mm. Gordiani &c. com. Oct. S. Staniślai & SS. Mm. in L. & M. Gl. Cr. &c. Vesp. de sequ. com. præc. & Dom. per Ant. *Modicum* &c. *tantum.*

11. Dom. III. post Pascha Festum Patrocinij S. Joseph. Spons. B. M. V. Dx. 2. clas. C. A. *ut in propr.* 9. lect. & com. Dom. *tantùm* in L. & Mis. Gl. Cr. Præfat.

fat. Pasch. ultim. Evangel. Dom. Jn Vesp. com. Dom. & sequ. *tantùm*.

12. Fer. 2. Ss. Nerei & Achillei &c. Mm. semid. C. R. lect. 1. Noct. de script. *ex Dom. 3. post. Pascha.* Incipit. *reliq.* in propr. com. Oct. in L. & M. G. 3. Or. de Beata. *Concede.* &c. Cr. Vesp. de sequ. com. præc. & Oct.

13. Fer. 3. S. Servatij Ep. C. Dx. C. A. lect. 1. Noct. de script. reliq. in P. R. P. com. Oct. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Pasch. Vesp. de sequ. com præc. & Oct. ac S. Bonifacij M.

14. Fer. 4. Festum Ssmi Sepulchri Xti Dni. dx. C. A. fuit Dom. 2. post. Pascha. Offm. ut in propr. 9. lect. S. Mart. com. Oct. & S. M. in L. & Mis. Gl. Cr. Præf. Pasch. Jn Vesp. com. Oct. ut in 1. Vesp. Festi.

15. Fer. 5. Octava S. Stanislai Ep. M. Dx. C. R. lect. 1. Noct. de script. 2di. ex Die 8va. *si vero placet. totius 8væ. lect.* 12. *dividant. in tres.* lect. verò 3tij. Noct. ex Die 8va. Gl. Cr. Præfat. Pasch. Vesp. à Cap. de sequ. com. præc.

16. Fer. 6. S. Joannis Nepomuceni M. Dx. C. R. lect. 1. Noct. de script. reliq.

in propr. Gl. Præfat. Paſch. in Veſp. com. ſequ.

☸ *Plenilun. Emboliſmi h. 6. m. 53. poſt merid.*

17. Sab. S. Antonini Ep. C. ſemid. C. A. L. P. *ex* 10. *hujus.* Hym. mutat. ℣. lect. 1. Noct. de ſcript. reliq. in propr. in L. com. Crucis. *ut notat. in fer.* 2. *poſt Dom. in Albis.* in Miſ. Gl. 2. Or. *Concede &c. de Beata* 3tia Eccleſ. *vel pro Pp.* Veſp. de ſequ. com. Dom. 4. *poſt. Paſch.* Ant. *Vado ad Eum. &c.*

18. Dom. IV. poſt Paſcha. S. Venantij M. Dx. C. R. lect. 1mi. Noct. de ſcript. reliq. in propr. 9. lect. & com. Dom. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Paſch. ultim. Evangel. Dom. Veſp. à cap. de ſequ. com. præc. & Dom. ac Sæ. Pudentianæ V.

19. Fer. 2. S. Petri Cæleſtini Pp. C. Dx. C. A. *ut ibi* lect. 1. Noct. de ſcript. reliq. *ut ibi.* 9. lect. & com. Sæ. Pudentianæ V. in L. & M. Gl. Præfat. Paſch. in Veſp. com. ſequ.

20. Fer. 3. S. Bernardini Senen. C. ſemid. C. A. lect. 1. Noct. de ſcript. reliq. ut in propr: in L. com. Crucis. *ut in fer.* 2. *poſt Dom. in Albis.* in Miſ. Gl. 2. Or. *Concede. &c.* 3. *Eccl. vel pro Pp.*

Veſp.

Veſp. à cap. de ſequ. com. præc. & Sæ. Crucis. ut in Laud.

21. Fer. 4. S. Ubaldi Ep. C. ſemid. C. A. *L. P. ex* 16. *bujus.* lect. 1. Noct. de ſcript. reliq. ut in propr. in L. com. Crucis. *ut heri.* in Miſ. *ut heri.* Veſp. de ſequ. com. præc.

22. Fer: 5. S. Erici R. M. P. R. S. Dx. C. R. L. Propr. *ex* 18. *bujus.* lect. 1. Noct. de ſcrip. reliq. *ut ibi* Gl. Jn Veſp. com. ſequ.

23. Fer. 6. *S.* Georgij. M. ſemid. C. R. L. P. *ex* 23. *April. ex Decreto ſuæ Celſitudinis Loci Ordin.* 15. *Septemb.* 1776. lect. 1. Noct. de ſcript. reliqu. *ut in propr.* in Laud. com. Crucis *ut* 21. *bujus.* in Miſ. *ut in die* 20. Veſp. de ſequ. Hym. Mut. ℣. com. præc.

☼ *Decreſcens Emboliſmi h. 9. m. 15. mane.*

24. Sab. S. Anſelmi Ep. C. Dx. C. A. *Fuit* 21. *Aprilis* Hym. mut. ℣. lect. 1. Noct. Sapientiam. de Comm. Doctr. reliqu. in propr. Veſp. à cap. de ſequen. com. præc. & Dom. per Ant. *uſq; modo. &c.* & S. Urbani. Pp. M.

25. Dom. V. poſt Paſcha S. Gregorij Pp. VII. Dx. C. A. lect. 1. Noct de ſcript. reliq. *ut ibi.* 9. lect. &; com. Dom. ac

S. Ur-

S. Urbani Pp. M. in L. & M. Gl. Cr. Præfat. Paſch. Veſp. à cap. de ſequ. com. præc. & Dom. ac S. Eleutherij Pp. M.

